



**M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 8. Confirmatæ duorum locoru[m] Ciceronis emendationes à Petro  
Victorio factæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Nam propemodum iam ostendit suam sententiam.

P. A. Igitur queramus, nobis quid factō vſū sit.

Quælo autem, si qui reprehendere hæc volent, vt prius diligenter & accuratè considerent. nolim enim ita reprehendi, vt in refutandis temerariis reprehensionibus nouus mihi capiendus sit labor. Hoc quoque Cœlius, os hominis, non veritus est pro suo venditare.

*Adonin Diane ira imperfectum.*

CAPVT VII.

DIANA apud Euripidem in Hippolyto corona-  
to, indignè ferens honestissimi adolescentis mor-  
tem, cuius culpa omnis in Venere hærebat, minatur,  
eam non impune laturam. nam se quoque imperfectu-  
ram aliquem, qui Veneri eximiè carus sit, vt ipsam pa-  
ti dolore afficiat.

Eγέρθ, οὐτῆς ἀλλον ἐξ ἔρην χερός,

Ος αὐτούσια φίλατα Θεοῖς βροτός,

Τόξοις ἀφύκτοις τοῦδε πυρεπομα.

quem locum declarans Scholiares: Sunt, inquit, qui  
putent, obscurè significari Adonin. sed nugari hoc  
quidem est. neque enim Dianæ sagittis, sed à Marte,  
imperfectus est Adonis. quem igitur dicat, obscurum  
est. Hæc ille. Apollodorus tamen, non malus harum  
quidem rerum auctor, libro tertio Bibliothecæ, Adonis,  
inquit, ἐπ παιδὸν, ἀρτέμιδ Χόλῳ παντεῖς εὐ δίποις  
ταῦτα, απέδει.

*Confirmatae duorum locorum Ciceronis emendationes*

à P. Victorio factæ. CAP. VIII.

RECTE iudicauit Victorius locum illum è secun-  
da Ciceronis Philippica ita legi debere, vt in  
multis antiquis libris, & in Manutianis legitur: Illam

H 4

suas

*suis res sibi habere iussit, ex XII. tabulis claves ademit, u-*  
*egit. non, vt in aliis, Caussam addidit, exegit. Nam &*  
*Nonius Marcellus aperte id confirmat, qui in libro*  
*De Vasia significatione sermonum, cum dixisset, eu-*  
*igere idem esse quod excludere; M. Tullius, inquit,*  
*Philippicis lib. II. Claves ademit, forasque, exegit. Illud*  
*autem, forasque, an recipiendum sit, alij viderint mihi*  
*quidem non displicet. quamvis non legitur in ver-*  
*teribus libris, quos ego quidem viderim. Sed & aliam*  
*coniecturam eiusdem Victorij de loco quodam est pri-*  
*mo libro accusationis, siue ex actione secunda in Ver-*  
*rem (ita enim liber ille citandus est; non ut a Victorio*  
*qui, accommodans, credo, se ad consuetudinem vul-*  
*gi, septem facit actiones in Verrem, cum sint tantum*  
*duae) eam igitur coniecturam non inanem fuisse, idem*  
*Grammaticus intendit. Cum enim vulgo ita legatur*  
*Quid ubi est Philodamo nuntiatum, tametsi non erat igno-*  
*rurus, &c. Victorius admonet legendum, tametsi non era*  
*ignarus. apud Nonium autem paulo aliter legitur, sed*  
*eadem planè sententia; nempe hoc modo: Tametsi era*  
*ignarus. Has igitur doctissimi hominis coniecturas vo-*  
*teris Grammatici auctoritate confirmare, operapre-*  
*tium duxi.*

*Emendati loci aliquot è Mostellaria Plauti.*

C A P V T I X .

**A**PVD Plautum in prima Mostellaria lepidissi-  
 mum colloquium est duorum seruorum, Grum-  
 mionis rustici, qui, absente sene, herilem filium cor-  
 rumpi, remque familiarem dissipati doleret: & Tra-  
 nionis, nequam hominis, qui hero adolescentiori esset  
 voluptatum ac libidinum administer. sed ea tota pars  
 & in omnibus libris corrupte legitur, & in iis, quos

Ioachi-